

Sceptrum hujus Athænæi in
virum maxime reverendum
... dn. m. Gabrielem
Skra...

Albogius, Ericus Johannis,

1 Ic 1693 Skragge, Gabriel



National Library
of Sweden

SCEPTRUM

Hujus Athænæi

In

Virum

Maxime Reverendum & Amplissimum

Dn. M. Gabrielem

Sfragge/


In Academiâ Gustaviano Carolinâ, ad

Emmam, Orient. & Græc. Ling: Pro-
fessorem excellentissimum.

Solenni ritu in templo Dorpatensi D. Mariæ die 20. Junii
Anni M. D. C. LXXXIII.

Translatum

Gratulabantur Discipuli.



DORPATI,

Excudit JOHANNES BRENDÉKEN,

Acad. Typograph.



20
Quæ Scriptor rerum ab Alexandro Magno gestarum
non malè verba protulit: truncum corpus demto ca-
pite, & sine spiritu esse, id ego Academiis rectè adplicave-
rim. Neq̃ enim studiosa juventus sese benè haberet, si ma-
gistratibus careret, quod lubrica ista ætas non minus ipsa fra-
no coercenda est, quam ab aliorum injuriis defendenda.
Proinde id etiam in hoc Athenæo salubriter observatum est,
cum antea, tum jam quando amplissimi Senatus Academi-
ci Suffragiis, vir Reverendus admodum atq̃ Amplissimus
M. GABRIEL ERXAGGE / in sequens tempus se-
mestre, Studiosæ regendæ juventuti præficitur, qui academia
provinciam nunc primâ vice occupans, quod eam rectè ad-
ministrabit, bonos tuebitur malos pœnis adficiet, ta ito cer-
tior spes nobis adfulget, quanto magis industria ejus, &
summus in literarum cultores favor, jam dudum omnibus
innotuerat. Quantam certè alacritatem, quantamq̃ a-
nimi voluptatem & lætitiâ omnes capiunt, cum tali præ-
sertim viro novos hos honores, ingenti pompâ deferrî cer-
nunt, verbis exprimere nequeo. O Musarum alumni, ar-
tium liberalium cultores, & virtuti devota pectora, pergite
Rectori novo obviam, cujus benignitas & promptitudo ad
vos subleuandos erigendosq̃ jam diu vobis probata est.
Gratulemini ergo præsidi & plausibus insurgite, quod lætum
nobis diem illuxisse videamus. Tibi autem Magnifice Re-
ctor caeleste numen adsit, ut hoc feliciter Sceptrum geras. Te ipsa
Majestas aeterna regat, ut cæcum Academicum à rabie &
furore

*furore invadentium protegas. Tuo sub regimine omnia
succedant in nominis divini gloriam, Academia & Reipub-
lica commodum & emolumentum, Tuum deniq; decus nec
non immortalem laudem, quod vovet*

Tuæ Magnificentiæ

Humillimus cultor

Ericus Albogius.

Nylandia Svedus.

ארוני אדיר ונכבד מאד
אשר ברוח שפתיך יאיר תכל

ואני הנני חפצתי בחובי להיות כיניהם אשר הראו כמעשה אצבעותיהם
את ההותיהם ושמחו יען אשר אתה ביום הזה נכראת לאיש אדיר
וראש הישיבה לנו: ואמנם לזות שמחת לבי גדולה ועלו לבכו למען
ראיתי אחך להיות כהוד וביקר גדל מאד אשר הגדלת הסודך אתי
ומשכת עלו את הוט טובך ואת אשר אהבתי אהבת נפשי:
ושמח גם עמדי כל בית החכמה אשר בעיר הזוה יען כי לקחנר את
השטר אשר ידע לתקן את כל כתבונה ובניחות: ועתה שלום
לך השטר האדיר שלום לך ואשריך וטוב לך והיה ברוך מאד:
יתן יהוה לך כמחמדי לכך ויתכן את עצותיך לדרך שלום
ומושעות: אמן יהיה כדברי אמן: ואני הנני כי אחיה בכל עת

ארוני אדיר מאד

עבד מצניע לך

Johannes Methers J. F:

Carel. Sved.

Accipe, Pieriæ grandis tutela cohortis,
Palladis haud segni Sceptra regenda manu.
Se tibi nunc Helicon, se triplex triga sororum,
Committit fidei, magne Patrone, tuæ.
Tu rabiem teneras conantem pellere Musas
Sistes, & pressis fata secunda dabis.
Aspice, jucundis ut plausibus intonet æther,
Ludat & in tremulis lætior Emma vadis.
Te sibi Rectorem poscit, Te voce sonora
Invocat, auxilio tuta futura tuo.

E. Timmerman
Neov. Ingerm.

